226
E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

~~10 K. I: 165.~~
226 E 69.
NKr. 1569

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

De philoſophiae diffinitio nibus ac diuiſionibus Joannis Murmellij Rure mūdenſis tabulę: bonaꝝ artiū ſtudioſis auditori b⁹ in Alcmarieñ gymnaſio philoſophātib⁹ ꝯpoſitę.

¶ Interpꝛetatio quorundam grecoꝝ vocabu loꝝ: q̄ in hac lucubratiūcula ꝯtinent

1515

carnifex ense amputat caput



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

¶ De ſeptem Grecię ſapientibus Tabula prima

Thales Mileſius, cuius hęc eſt ſnīa
Sponſioni noxa preſto eſt
Solō Athenīēſis. Specta vitę finem
Chilō Lacedemoniꝰ. Noſce te ip.um.
Pittacꝰ Mitylenęus. Ne ꝙd nimis
Bias Prienęus Plures ſunt mali
Cleobulꝰ Lindiꝰ. Optimꝰ eſt modus.
Periander Corinthius. Irę temperā-
dum eſt.

Septē quōdaz in grecia ſapientes floruerunt

¶ In primam tabulam adnotationes

Oīes hi ſeptem teſte diuo Auguſtino libro de ciuitate dei xviij. appellati ſapientes poſt poetas theologos claruerūt, quia genere vitae quodam laudabili pręſtabant hominibus caeteris, et moꝝ non nulla pręcepta ſententiarum breuitate complexi ſunt

¶ De his ex epigrammate gręco Auſonius

Septenis patriam ſapientum, nomina, voces
Verſibus expediam, ſua quenqꝫ monoſticha dicent
Chilo, cui patria eſt Lacedemon, noſcere ſeipſum
Periander trepidam moderare Corinthius iraz
E Mitylenęis, nimium, nil, Pittacus orſo
Menſuram optimum ait Cleobulus Lindius in re
Expectare Solon finem docet ortus Athenis
Plures eſſe Bias prauos. quem clara Priene
Mileti, fugiſſe Thales vadimonia, alumnus

¶ Pylades Bryxianus de eiſdem

Nomina, dicta, vrbes ſapientum concino ſeptem
Menſuram in cunctis Cleobulus Lindius effert
Semet noſſe autem curua, in Lacedemone Chilon
Ex Ephyre Periander ait, compeſcere bilem
Pittacus inde, nihil nimis, vrbs quem dat Mitylene
Cecropius ſpectāda Solon iubet vltima vitę
Peioreſqꝫ Bias plures tulit eſſe Prieneus
Mileto fugienda Thales vadimonia cenſet.

Septem igitur hi ſapientes appellati ſunt. nec ij ſoluz, ſed et ꝗcunqꝫ artē aliquaz recte pertractaret, Vn̄ Archilochꝰ. Et gubernator ſophos, ſophos poeta. Pythagoras āt vir ſcientiſſimꝰ cuz intelligeret ſolū illuz vocari debere ſapientē, ꝗ et ſummā ſapientiā, ⁊ ꝑpetuā reꝝ omniuz cognitionez haberet, non ſe Sophon id eſt ſapientē, ſed philoſophon id eſt, ſapientię ſtudioſum appellari voluit

De philoſophię acceptionibus, diffinitionibusq́ Tabula ſecunda

Phia bifariã accipit.	Nõ pro eo, q̃d noĩs ipſiꝰ intpretatio pre ſe fert	Et ſtꝫ eiꝰ q̃tuor finitiones	Prima. Philoſophia eſt ſtudium ſapientię
			Scđa. Phia eſt ſtudiuꝫ virtutis
			Tertia. Phia eſt ſtudiuꝫ corrigendę mentis.
			Quarta. Phia eſt appetitio rectę rationis.
	Nõ pro ſapientia. Et ſunt eius diffinitiones q̃nqꝫ, duae ex ſubiecto, duę ex fine, vna ex pſtãtia		Pria Pythagorę Phia ẽ ꝯgnitio reꝝ, vti res ſunt
			Scđa Platonis Phia ẽ diuinaꝝ, humanaꝝqꝫ rerũ cognitio.
			Tertia eiuſdem. Phia eſt dei ſimilitudo, q̃ntũ ab homine preſta ri poſſit
			Quarta eiuſdeꝫ. Phia eſt mortis meditatio
			Quinta Ariſtotelis. Philoſophia eſt ars artium et ſciẽtia ſcientiarum

In ſecundam tabulam adnotationes.

Auctore Seneca inter philoſophiam p̃mo modo acceptaꝫ ⁊ ſapientiã nõnihil intereſt. Sapientia perfectuꝫ bonuꝫ eſt mẽtis humanę, philoſophia ſapientię amor eſt, ⁊ affectatio. Hęc eo tẽdit, quo illa puenit. Quomodo multuꝫ inter auaritiã ⁊ pecuniam intereſt, cuꝫ illa cupiat, hęc cõcupiſcatur. ſic inter philoſophiã et ſapientiã. Hęc eniꝫ illius effectus et pręmium eſt. Illa venit, ad hãc itur. Secũdo modo ſumptę philoſophię p̃ma diffinitio, quę Pythagorę dicit. hoc modo eſt intelligẽda. Philoſophia eſt cognitio reꝝ, vti res ſunt, hoc eſt quatenus earum eſſentia ꝯſideratur. Nõ enim philoſophꝰ ppoſnit om̃es qui in orbe terrarum ſunt homĩes numero cognoſcere, ſed tantum quę ſit hominis natura. Cuiuſlibet ergo rei ſubſtãtiaꝫ generalem cõſiderare debet philoſophus, nõ indiuiduaꝫ. Secũda diffinitio. Philoſophia eſt diuinarum humanaruꝫqꝫ reꝝ cognitio, dif-

fert a ſuperiore, vt perſpicuum ab obſcuro. Diuiſe ſiquidem res ſunt
Platoni in diuinas & humanas, qui eas que ſempiterne ſunt, dixit
diuinas, que generationē vero. corruptionēqꝫ patiunt, vocāt huma
nas ¶ Tertia diffinitio. Philoſophia eſt dei ſimilitudo, quātum ab
homine preſtari poſſit. Platonis et hec eſt a fine ſumpta. Deus eniz
duas habet actiones, vnā intellectiuaz, qua omīa cognoſcit, ac intel-
ligit: alterā prouiſoriaz, qua inferiora omia, que in mundo ſunt, gu-
bernat et diſponit. At philoſophus in vtroqꝫ ſe deo ſimilez ſtudet ef-
ficere. Cupit ſiquidez cūcta inſpicere. cōiectat em̄ omīa. necnon quo-
quo poteſt modo, prouidꝰ eſt. Nam que ſibi ſubiecta habet. metitur
prouidētia. In ſua enim philoſophus republica ius dicit, leges ſan-
cit. Iure ergo philoſophia dei imago nominatur. Verꝫ recte ſciteqꝫ
adiectuz eſt, quantum ab homine preſtari poſſit. quādo neqꝫ talis eſt
cognitio, neqꝫ talis prouidentia. Cuz neqꝫ immortale genus idez ſit,
quod mortale, et in celo foelicez vitā agens, et in terris viuēs in fluc-
tibus affectuuz perpetuis. Unde preclare Homerus. Haud ſimile
humanis genus immortale deorum. Et quemadmodum homo bru
tis animātibus aliquāto perfectior eſt, ita deus infinito ꝑfectior ho-
mine, et melior eſſe cognoſcitur. Proinde prudenter nos Plato cō-
monuit, ne equalia deo ſapere audeamꝰ, humane imbecillitatis noſ-
tre memores. Erit igitur philoſophia, quatenꝰ homini licebit, diuine
cognitionis ac prouidentie ſimilitudo ¶ Quarta diffinitio ex Pla-
tonis Phedone ſumpta eſt. Philoſophia eſt mortꝫ meditatio. Que
vt accipiēda ſit, diligēter videamus, nequid ſimile fortaſſe nobis ac-
cidat ei, quod oliz adoleſcēti Cleombroto. Is enim cum Platonico
Phedoni ſtudioſe operā dediſſet, didiciſſetqꝫ oportere philoſophuz
mortem meditari, ex altiſſimo ſeſe ſtatiz muro precipitez dedit in ma
re, de quo grecuz Callimachi tetraſtichon extat, quod quidam hunc
in modum latinum reddidit.

Salue dixit Phoebe Cleombrotus Ambraciotes
 Precipitem muro ſe dedit inde neci
Dignum morte malum non vidit, at ipſe Platonis
 Immortalem animam legerat eſſe librum

Plato duas hominis mortes nouit, quarum vnam natura, virtutes
alteram preſtant. Homo enim moritur, cum anima corpus relinqt
ſolutum lege nature. Mori etiam dicitur, cum anima adhuc in cor-
pore conſtituta, corporeas illecebras, philoſophia docente, ꝯtemnit,
et cupiditatum dulces inſidias, reliquaſqꝫ omnes exuitur paſſiones.
Hanc ergo mortem dicit Plato ſapientibus appetendam. Illā ve-
ro, quam omnibus natura conſtituit, cogi, vel accerſiri vetat, docens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

expectandam eſſe dei iuſſionem. ¶ Quinta diffinitio Ariſtotelis
hęc eſt. Philoſophia eſt ars artium, et ſcientia ſcientiarum. Quę q̄-
dem per excellentiam data eſt, et vere quidem. Nã philoſophia vl'ia
ꝯſiderãs om̄ibus ſcientijs et artibus principia tribuit atqꝫ ſuppedi-
tat. Scientię autem circa ea verſantur, quę ſemper eodem modo ſe-
ſe habent, vt arithmetica, geometria. Artes vero circa ea. quę potiſſi-
mum ⁊ variari, ⁊ tranſmutari ſolent, vt ſarcinatoria, fabrilis, ſutoria
et cęterę omnes cerdonice. ſed et hę omnes ſubijciũtur philoſophię,
et ad eam referuntur ¶ Iſidorus libro etymologiarum ſecundo ca-
pite xxiiij. Philoſophia eſt rerum humanaruꝫ diuinaruꝫqꝫ cognitio
cum ſtudio bene viuendi coniuncta. Hęc duabns ex rebus conſtare
videtur, ſcientia et opinatione. Scientia eſt, cum res aliqua certa ra-
tione percipitur. Opinatio auteꝫ, cum adhuc incerta res latet, ⁊ nul-
la ratione firmata videtur. Idẽ eodẽ libro capite xxv. Philoſophia ẽ
diuinarum humanarumqꝫ rerum, in quantnm homini poſſibile eſt,
probabilis ſcientia ¶ Cicero de officijs libro ſecundo. Quid eſt eniꝫ
per deos optabilius ſapientia? quid pręſtantius? quid homini meli-
us? quid homine dignius? Hanc qui expetunt, igitur philoſophi no-
minãtur. Nec quicquam aliud eſt philoſophia (ſi interpretari velis)
quam ſtudiuꝫ ſapientię, Sapientia autẽ eſt (vt a veteribus philoſo-
phis definitum eſt) rerum diuinarum et humanarum, cauſarumqꝫ
quibus hę res continentur, ſcientia.

¶ Tertia tabula de tripartita philoſophię diuiſione
ſecundum Platonem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Philoſophia i treis partes diuiditur	Physicen .i. naturalē cuius tres ſunt partes.	Metaphyſice, quę ꝟſatur circa res diuinas. tuz. re, tum cogitatione a materia ſeparatas.	
		Mathematice, q̄ tractat q̄ntitates, re quidez materię coniūctas, at cogitatiōe ſeiūctas cuius paraes ſt̄ quatuor	Arithmetice Muſice Geometria Aſtronomia
		Phyſice preſſius accepta, ſpeculans res naturales tum re, tum cogitatione materię coniugatas.	
	Ethicen .i. moralem, cuius etiā tres ſunt ꝑtes	Ethice preſſius ſumpta, quae et Monaſtice dicitur, docens hominem regere ſe ipſum	
		Oeconomice, pręcipiēs bn̄ administrare rem familiarem	
		Politice, modum dans gubernandę ciuitatis.	
	Logicen .i. rōnalez q̄ et ipſa treis parteis habet	Grammaticen, artez recte ſcribendi, recteqꝫ loquendi	
		Dialecticen, bn̄ diſputādi ſciaz	
		Rhetoricen, ſcientiam bene dicendi	

Adnotationes in tertiam tabulam

Euſebius libro de euangelica pręparatione vndecimo, capite primo. Omnem philoſophiam Plato in treis partes, phyſicam. ethicā, logicam partitus eſt. Seneca in epiſtola ad Lucillium lxxxix. Philoſophię tres partes eſſe dixerunt et maximi, et plurimi auctores, moralem, naturalem et rationalez. Prima ꝯponit animū, ſecunda rerꝫ naturā ſcrutatur, tertia ꝓprietates verborꝫ exigit, et ſtructuraz, et argumentationes, ne pro ꝟo falſa ſurrepāt, Diuus Aureliꝰ Auguſtinus libro de ciuitate dei octauo capite quarto. Itaqꝫ cum ſtudiū ſapientię in actione et cōtemplatione ꝟſetur, vnde vna pars eius actiua, altera ꝯtemplatiua dici poteſt, quarum actiua ad agendā vitā, id eſt ad mores inſtituendos pertinet, ꝯtemplatiua āt ad cōſpiciendas naturę cauſas, et ſinceriſſimā veritatez, Socrates in actiua excelluiſſe memoratur, Pythagoras vero magis ꝯtemplatiuę, quibus po-

tuit intellegētię viribus inſtitiſſe. Proinde Plato vtrunqꝫ iungendo philoſophiam perfeciſſe laudatur, quam in tres partes diſtribuit, vnam moralez, quę maxime in actione verſatur, alterā naturalem, quę contemplationi deputata eſt, tertiaz rationalem, qua verꝝ diſterminatur a falſo, quę licet vtriſqꝫ, id eſt actioni ⁊ cōtemplationi ſit neceſſaria, maxime tñ cōtemplatio ꝓſpectionez ſibi vendicat ꝟitatis.

¶ Quarta tabula de bipartita philoſophię diuiſione ſecundum Ariſtotelem

Phīa in duas pteis diducit	Theoreticen .i. ꝯtēplatiaz cuius finis ē veritas, ptes aūt duę.	Principalis q̄ dicit phyſice .i. natural	cuiꝰ tres ſtʒ ptes	Metaphyſice Mathematice Phyſice pſſius accepta.
		Adminicularis q̄ dr̄ logice .i. rōnal	cuiꝰ tres ſtʒ ptes	Grammatice Dialectice Rhetorice.
	Practicen .i. actiuam, cuiꝰ finis ē opus, partes autez tres	Ethice Oeconomice Politice		

¶ Adnotationes in quartam tabulam

Ariſtoteles teſte Diogene Laertio tradidit duplicem eſſe philoſophię rationem, alteram verſari circa actus, appellariqꝫ practicen, alteram in intellegētia at ſpeculatione conſiſtere, et theoreticen dici. Ad actionem pertinere ethicen, œconomicen, et politicen, qua in ꝑte, tum de publica, tum de familiari re agi. Ad intellegentiam phyſicen. logicenqꝫ referri. Boethius in cōmentarijs quos in Porphyrium ſcriptos reliquit· Logica inquit diſciplina pars quędam philoſophię eſt, quoniam eius philoſopbia ſola magiſtra eſt. Suppellex vero eſt, ꝙ per eam inquiſita philoſophię veritas veſtigatur. Ariſtoteles primo philoſophię libro ſecundo. Finis quidem contemplatiuę veritas eſt, actiuę autem opus

¶ De tripartita philoſophię diuiſione ſecundum quoſdam peripateticos Tabula quinta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Phię tres ſtꝫ partes

- Theoretice i. ɔtēplatiā c⁹ ptes ſtꝫ
  - Phyſice cui⁹ ptes ſunt.
    - Metaphyſice
    - Mathematice
    - Phyſice preſſi⁹ accepta.
  - Logice, cui⁹ partes ſunt
    - Grammatice.
    - Dialectice
    - Rhetorice.
- Practice.i.actiā, cui⁹ partes ſunt
  - Ethice.
  - Oeconomice
  - Politice
- Poetice.i.effectiua, cui⁹ duo ſunt genera
  - Aut eniꝫ ars neceſſaria eſt, cui⁹ tria ſunt gn̄a q̄ꝝ
    - Primū naturę nutrimētū adminiſtrat
    - Scd̄m contra moleſta, q̄ extrīſecus accidunt munit
    - Tertiū ɔtra iā illata parat remedium
  - Aut ad delicias ⁊ vitę cultū ptinet, cuius duo ſtꝫ genera quorum
    - Primm ad ſenſus voluptatem tendit
    - Secundum ad animi, vl' oblectatōez vl' remiſſiōez

¶ Adnotationes in quintam tabulam

Deus treis habꝫ operationes, cōtemplationē, prouidentiā, effectionez, in ſe cōtemplationē, in mundi creatione effectionē, in creatorum gubernatione prouidentiā. Quo fit, vt philoſophia quaten⁹ diuinae operationis ſimilitudo ponat̄, recto ternario perficiatur, et diuidat̄ peripateticoꝝ more, in contēplatiuā, actiuam, et effectiuam. Unde ⁊ Ariſtoteles libro metaphyſicę ſexto ſcribit om̄ez ſcientiā eſſe vl' actiuam, vel factiuā, vel contemplatiuā. Quez locuꝫ enarrās Thomas Aquinas. Differunt inq̇t agere et facere. Nā agere eſt ſecūduꝫ operationem manentem in ipſo agente, ſicut eſt eligere, et intelligere, et huiuſmōi. Unde ſcientię actiuę dicūtur ſcientię morales. Facere āt ſecundum operationez quę trāſit exterius ad materię tranſmutatio-

nem, ſicut ſecare, vrere et huiuſmōi Unde ſcientię factiuę dicuntur artes mechanicę

¶ De contemplatiuę philoſophię diuiſione
Tabula ſexta.

Theoretice. i. contemplatiā phia, q̄ naturę cauſas ⁊ ꝟitatē ſpeculať, in duas ꝑtes ſecatur	Principalez, quę dicitur phyſice id eſt naturalis, quę hominem facit eruditū, ⁊ treis habet parteis	Metaphyſicen, quę interp̄tatur traſnaturalis, ⁊ ſpeculať res omnino ſeiunctas a materia, tū re, tū cogitatiōe Mathematicen, quae intꝑretať diſciplinaris, ⁊ ꝟſať circa numeros ⁊ magnitudines, re quidez materiae coniunctas, at intellectu ſeparatas. Phyſicen, quę naturalis interpretatur, et tractat res mobiles, om̄ino in ſenſibili materia demerſas, et re, ⁊ cogitatione.
	Adminiculatiuā q̄ diciť logice. i. rōnalis, q̄ reddit hominē diſertum, ⁊ treis habz ꝑteis	Grammaticam, cuius ſubiectum eſt oratio Dialecticam, cuius hypotheſis eſt argumentatio Rhetoricaz, cuius materia eſt oratoria actio

¶ In ſextā tabulam adnotationes

Rez omniuz tres ſunt ordies. Alię eniz penitꝰ a materia ſeparātur, vt ſunt diuina. Alię non ſeparātur, vt ſunt naturalia, eęqꝫ ſpecies q̄ ſine materia non pn̄t intelligi, vt lignū, oſſa, caro, et eiuſmōi quęcūqꝫ a natura itez atqꝫ iterum procreantur corpora. Alię vero ſunt intermedię, quę et ſeparari, et non ſeparari poſſunt, vt ſunt mathematica Circulus quidem, triangulus, et eiuſmōi per ſeſe cōſiſtere ſine materia haud quaq̄ꝫ pn̄t. Poſſumus tn̄ nos ligneum, ęneum, ac lapideuz circulum, triangulumue aſpicientes, eoz ſpeciez mēte noſtra voluta re, ac ſeorſum a materia concipere. Ueluti cęra quę cum imprimitur a ſigillo, non materiam trahit, ſed formam. Dicenturqꝫ, qua per ſe nō conſiſtunt, a materia nō ſeparari, qua vero ad noſtram cogitationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

qua quibuis imaginari poſſumus, ſeparari. Cum itaqꝫ rerꝫ omnium alię penitus ab intelligētia materię ſeparātur, alię nō ſeparātur, alię tanqꝫ itermedię et ſeparātur, et nō ſeparātur, Haud quidez irrationabiliter phyſice latius accepta, diſtributa eſt in metaphyſicen, quae et naturalis theologia dicitꝰ, phyſican preſſius acceptaz, ꝛ mathematicen. Quę ſeparantur eniz, ſubijciuntur metaphyſicę, quę minime, phyſice, quę vero intermedię ſeparātur, et nō ſeparātur, mathematimatice ¶ Sciēdum autez eſt phyſicen accipi bifariā, latius et p̄ſſiꝰ Phyſice latius accepta (vt dictuz eſt) diſtribuitur in metaphyſicen, mathematicen, ꝛ phyſicen preſſius ſumptā, quę verſatꝰ circa corpora mobilia. Metaphyſica tractat ens, vt ens eſt. et docet de oīm ente q̇d ſit, an ſubſtātia, an accidēs, et a quo vnumquodqꝫ ens diuerſuz ſit, et cui ſit idem. Interpretatur autem trāſnaturalis, quia ſuperat phyſicen, et eā trāſcendit. ſiquidē metaphyſice tractat vniuerſa entia, phyſice vero ſola mobilia ¶ Logice quoqꝫ cuz latius accipitꝰ, treis p̄teis habet, quaꝝ prima diſcernit orationez cōgruaz ab incongrua, ſecūda verā a falſa, tertia elegātem ab inelegāti, cum vero preſſius, bn̄ diſputādi ſcientia eſt, quę et dialectice vocatur. Eſt autem adminicularis pars philoſophię, quę principalibus eius partibus adminiculatur, ꝛ velut inſtrumentum, ac ſupellex adhibetur.

¶ De Mathematices partitione
Tabula ſeptima

Mathematice circa quantitatem verſatur
- Uel diſcretam
  - aut per ſe, vt Arithmetica, q̄ ē numerorum diſciplina
  - aut ad aliq̄d relatā, vt muſica, quę eſt ſcientia bn̄ modulandi.
- Uel cōtinuam
  - immobilem vt geometria, quę eſt ars quę immobilis notitiaz magnitudinis pollicetur
  - mobilem vt aſtronomia. quę ꝛ ſphęrica dicitur, et aſtrologia, eſtqꝫ ars, quę mobilis notitiaz magnitudinis pollicetur

¶ Adnotationes in ſeptimam tabulam
Mathematicā circa quātitatez verſari manifeſtuz eſt. Oīs autez

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

quãtitas ſecunduꝫ Pythagorã vel cõtinua eſt, vel diſcreta. Quę cõtinua ẽ, magnitudo appellat̃. quę diſcreta, mľtitudo. Cõtinua quãtitas diuidit̃ in eã quę mouet̃ ⁊ eã q̃ nõ mouet̃. Quãtitas ꝯtinua quę nõ mouet̃ eſt ĩ terra, circa quã verſatur geometria. Quãtitas ꝯtinua q̃ mouet̃ eſt in cęlo, circa q̃d ꝟſatur aſtronomia. Quãtitas ãt diſcreta diuidit̃ in eam quę eſt per ſe, et eã quę eſt ad aliud. Arithmetica eſt cognitio quantitatis per ſe diſcretę. i. numeri. Muſica ꝟo eſt cognitio quãtitatis diſcretę reſpectuꝫ habentis ad aliud. i. numeri harmoniaci, et ad tonos relati. Sũt autem hę quatuor artes per excellẽtiaꝫ mathemata dicta. i. diſciplinę, ꝙ qui eas perdidicerit, iam aptꝰ ſit, vt ad metaphyſices et theologię ſtudiuꝫ ſe cõferat. Sunt enim vere, certiſſimęqꝫ (quod et Ariſtoteles teſtatur) diſciplinę. Anatoliꝰ mathematicꝰ ita ratus eſt appellatas, ꝙ cũ cęterę diſciplinę deprehendi, vel non docente aliquo poſſint omnes, mathematicę ſub nulliꝰ cognitionẽ ſole veniãt, niſi a docente

¶ De actiuę philoſophię diſtributione.

Tabula octaua.

Actiua P̄ia, q̃ ⁊ moralis dr̃, docetqꝫ moꝝ elimatã ꝑfectionẽ, in treis partes diuidit̃	Aut em̃ inſtituit hoĩeꝫ ea ratiõe, qua homo, hoc ẽ aĩal rõnale ẽ, et dr̃ ethica, ſeu monaſtica
	Aut erudit hominem, vt eſt paterfamilias, et appellatur œconomica
	Aut docet hominem, quatenꝰ ciuis ẽ, ⁊ adminiſtrãdę reipublicę ꝑfectus et vocat̃ politica.

¶ In octauam tabulam adnotationes

Ratio ordinis haꝝ ethices partiũ minime eſt obſcura. Nã niſi q̃s ſemetipſuꝫ regere nouerit, nunq̃ꝫ bñ tota familiaꝫ gubernabit, Et qui familiã regere neſcit, nulla rõne idoneꝰ eſt qui moderetur ciuitatem. Unde lepide teſte Plutarcho, Gorgia oratore in Olympia gręcis orõnem de ꝯcordia recitãte. Melãthus quidã iſte inquit de ꝯcordia diſputat, qui ſibi vxori et ãcillę tribus ſolis, vt concordes eſſent. non perſuaſit. Nam Gorgię amor quidaꝫ, et vxori zelotypia aduerſus ãcillam eſſe videbatur: ¶ Ethice bifariã ſumitur, modo latiꝰ: modo preſſius. Cuꝫ latius accipit̃, totaꝫ moralẽ philoſophiã complectitur Cum ꝑſſius, primã eius parteꝫ, quã et Monaſticen. i. ſolitariaꝫ vocãt. M. Antoniꝰ Sabellicꝰ libro exemplorũ tertio. Exempla ad eã vitę parteꝫ pertinẽtia, quę greco verbo Monaſtice dicta ẽ, a noſtris ſolitaria dici poteſt, primus liber explicat. Nunc ea dicẽtur; quę domeſticam diſciplinam inſtituere, et illuſtrare poterunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

De effectiuę philoſophię diuiſione Tabula nona.

- Effectiua phia quę vulgo mechanica dr, et circa extnũ opꝰ verſatur, i duas ptes diuidit.
  - Hęc eniʒ humano gñi nccāria ē et tribus gñibꝰ cõtinetur, quoꝝ
    - Primum naturę alimen/tum admi/niſtrat. cꝰ ſpecies ſtʒ
      - Agricultura.
      - Paſtio
      - Venatio
      - Piſcatio
      - Aucupium
      - Mercatura
      - ⁊ reliquę.
    - Scduʒ cõ/tra moleſta q̃ extriſecꝰ accidunt munit. cꝰ ſpecies ſtʒ
      - Architectura
      - Veſtitio
      - Armatura
      - Gymnaſtica.
      - Militia et cęterę.
    - Tertium cõ/tra iã illata parat rme/dium cꝰ ſpecies ſtʒ
      - Chirurgia
      - Medicamē/taria
      - Veterinaria.
      - Suffultoria.
      - Intpolatoria
      - Veteramen/taria ⁊ reliq̃
  - Illa vo ad de/licias ⁊ vitę cul/tũ pertinʒ, q̃ du/obꝰ gñibus cõ/tinetur quoꝝ
    - Hoc ſenſum de/mulcet vt artes
      - Pictoria
      - Statuaria
      - Theatrica
      - Organaria.
      - Aromataria
      - Conditoria
      - Unguentaria.
      - Balnearia
      - et reliquę
    - Illud ad animi voluptatē refer/tur, vt artes
      - Deſignatiua
      - Chalcographica
      - Libraria, ⁊ ſi q̃ ſtʒ id genꝰ alię

Adnotationes in nonam tabulam.

Artium quas plerique mechanicas vocãt, alię ſunt neceſſarię, alię ad delicias pertinẽt, et ad vitę cultuʒ. Auctor eſt Ariſtoteles, libro poli/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

ticoꝝ quarto, vbi inter ciuitatis parteȝ ꝑmo loco ponit circa alimēta multitudinem, vt agricolas, ſecundo parteȝ circa miniſteria, vt artifices, tertio forēſem multitudinem circa emenduȝ vendendumqȝ, et circa mercaturam, ac nummulariaȝ verſari dicit, quarto ponit mercenarios, quinto propulſatores belli, poſtea parteis alias addit. M. Tullius libro de natura deoꝝ ſecūdo. Artes quoqȝ efficimus inquit partim ad vſum vitę, partim ad oblectationem neceſſarias. ¶ Plęriqȝ arteȝ mechanicā in ſepteȝ ſpecies diſtribuunt lanificium, nemorariam, militareȝ, nauticā, agriculturam, medicinam, et fabricam, quarum nomina his vulgatis verſiculis continētur

Lana: nemus: miles: et nautica: rus: medicina
His ars fabrilis connumeranda venit

¶ Plato teſte Diogene Laertio haꝝ artiuȝ tria genera tradit. Primum in effectione ferri, et metallorum, materiaqȝ cędenda cōſtituit: quod iſta quaſi pręparet. Secūduȝ: quod ex his ꝯficiat aliq̄d. puta ex ferro faber arma: ex lignis tibias et lyras facit. Tertiuȝ in vſu eaꝝ rerum eſt. quippe ars equeſtris frenis vtitur. armis bellica. muſica tibijs et lyra.

¶ De quatuor artium generibus ſecundum Poſidonium ex Seneca Tabula decima

Artium	Alię ſunt vulgares et ſordidę, vt opificuȝ. quę manu cōſtant. et ad inſtruendā vitā occupatę ſunt
	Alię ludicrę. quę ad voluptatem aurium atqȝ oculorum tendunt: quibus annumerantur artes machinatorum, quę proprie mechanicę dicuntur.
	Alię ſunt pueriles, et aliq̄d hn̄tes liberalibꝰ ſimile, quas ἐγκυκλιουσ gręci, noſtri liberales vocāt
	Alię liberales, et (vt verius dicatur) liberę. quibus curę virtus eſt.

¶ In tabulam decimam adnotationes

M. Tullius officiorum libro primo. capite lvij. Opificeſqȝ omnes in ſordida arte verſantur. nec vero quicqȝ ingeniuȝ poteſt habere officina: minimeqȝ artes probandę. quę miniſtrę ſunt voluptatū: cętarij. lanij: coci. fartores: piſcatores, vt ait Terentiꝰ. Adde his. ſi placet: vnguentarios: ſaltatores: totumqȝ ludum talarium ¶ Ars mechanica tum latius, tum preſſius accipitur. latius ꝓ qualibet illiberali: preſſius pro ea, qua machinę bellicę: et varia inſtrumenta mirabili inganio fabricātur: quam plęriqȝ geometrię ſubijciunt

¶ De diſciplinarum diuiſione ex libro primo expetendorum et fugiendorum Georgij Vallę Tabula vndecima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Omnis diſciplina verſatur.

Aut circa ea q̄ q̄ũ extra nos ſunt quorũ
- Alia prorſus ſemota ſunt a materiã: eadẽq; nobiliſſima: de q̄bus eſt theologia: ipſaq; metaphyſica.
- Alia in materia demerſa: circa quę verſatur phyſiologia: et medicina
- Alia tum in materia, tum extra materiam ſunt: quę tractat mathematica.

Aut circa ea q̄ ſunt in nobis ipſis q̄ inueniuntur
- Uel in actiōe, de q̄bus eſt moral' phia cuius partes ſunt
  - Ethica vitã noſtrã bonis morib' componens
  - Oeconomica domus curam habens
  - Politica ciuitatꝭ adminiſtrationem ſuſcipiẽs: diſtributa in
    - Jus pōtificium
    - Jus ciuile
    - Rē militarem.
- Uel in orōne circa quã verſat
  - Grãmatica.
  - Poetica
  - Dialectica.
  - Rhetorica.

Adnotationes in vndecimã tabulam

Res militaris, quã Ualla politicę ſubijcit. ab alijs quibuſdam inter artes mechanicas recenſet. Jn qua ſiquis belli gerẽdi cõſilia ſpectet: non iniuria ad politicam refertur. ſi vero conſideretur armorũ tractatio, et cõſiliorum executio inter mechanicas arteis eſt numeranda.

Poetica eſt facultas fingendi dijudicãdiq; carmina

De ſeptem artibus liberalibus

Tabula duodecima

Liberalium artium.
- alię verſant circa ſermonem
  - congruũ et incongruum grãmatica
  - verum et falſuz dialectica
  - ornatuz et inornatum rhetorica
- alię circa quãtitatẽ
  - Et diſcretã
    - per ſe, arithmetica
    - ad aliq̄d relatam, muſica
  - cõtinnam
    - immobilem, geometria
    - mobilem, aſtronomia.

Adnotationes in xij. tabulam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Seneca epiſtola ad Lucillium lxxxviij. Quare liberalia ſtudia dicta ſunt, vides: quia homine libero digna ſunt ¶ Liberalis modo dicitur benign⁹ ⁊ munificus. Saluſtius in Catilinario. Laudis auidi: pecunię liberales erāt. Modo dign⁹ hoīe libero Terētius in Eunucho. En eunuchuꝫ tibi quā liberali facie: quā ętate integra.

¶ De grammatices partitione.

Tabula decimatertia.

Grāmatices ptes ſt̄ duę	Methodice. i. artificialis. ſeu doctrinalis, c⁹ ptes ſt̄ q̄ttuoꝛ	Orthographia, quę eſt recte ſcribendi ſcientia
		Proſodia, lex ad leuādaꝫ: vel deprimendaꝫ ſyllabaꝫ vniuſcuiuſqꝫ particulę orationis
		Etymologia, dcōnuꝫ oīꝫ originis inquiſitio
		Syntaxis, ꝯſtructionis cognitio
	Hiſtorice. i. enarratia, q̄ et exegetice i. expoſitiue vocatur	

¶ Adnotationes in tabulam decimamtertiam

Quintilianus oratorię inſtitutionis libro primo Et finitę quidem ſunt partes duę. quas hęc profeſſio pollicetur: id eſt ratio loquēdi: et enarratio auctorum: quaꝝ illaꝫ methodicen: hāc hiſtoricen vocant ¶ Diomedes. Grāmaticę partes ſunt duę. altera: quę vocat̄ exegetice: altera horiſtice. Exegetice eſt enarratiua: quę pertinet ad officia. lectionis. Horiſtice eſt finitiua: quę pręcepta demōſtrat. cuius ſpecies ſunt hę: partes orōnis: vitia: virtuteſqꝫ. Tota autē grāmatica cōſiſtit pręcipue intellectu poetaꝝ. ſcriptoꝝ: et hiſtoriaꝝ prompta expoſitione: et in recte loquēdi ſcribendiqꝫ ratione. Grāmaticę officia (vt aſſerit Uarro) cōſtant in partibus quatuor: lectione: enarratione: emendatione: iudicio. Lectio eſt artificialis interpretatio. vl' varia cuiuſqꝫ ſcripti enunciatio ſeruiens dignitati perſonaꝝ: exprimenſqꝫ animi habituꝫ cuiuſqꝫ. Enarratio eſt obſcuroꝝ ſenſuuꝫ, quęſtionū ue explanatio. vel exquiſitio: per quam vniuſcuiuſqꝫ rei qualitateꝫ poeticis gloſſulis exoluimus. Emēdatio eſt, qua ſingula: prout ipſa res poſtulat: dirigimus: ęſtimantes vniuerſoꝝ ſcriptoꝝ ſententiā diuerſam. vel correctio errorum: qui per ſcripturaꝫ. dictionem ve fiunt. Judicium eſt: quo omnem orationem recte: vel minus quam recte pronunciatam ſpecialiter iudicamus. vel exiſtimatio: qua poema: cęteraqꝫ ſcripta perpendimus, Grāmaticę initia ab elemētis ſurgunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

elemēta figurātur in literis: literę in ſyllabas cogunt: ſyllabę in partes orationis. Partes orationis cōſumant orationez: oratione ꝟtus ornatur: virtus ad euitāda vitia exercet ¶ Aldus Manutiꝰ Quot ſunt partes grāmatices: duę. Methodice et hiſtorice. Quę eſt methodice: finitiua grāmatice, quę pręcepta, rationemq; loquēdi breui quadaz via demōſtrat. hęc etiam horiſtice dicitur. Quę eſt hiſtorice: enarratiua grāmatica, quę auctores enarrat, atq; exponit, quare ⁊ exegetice alio nomine appellatur

¶ De dialectices diſtributione
Tabula decimaquarta.

		quinq; voces communes apud Porphyrium.
	Elemētariā, ī qua tradunt	decē prędicamenta in libro prędicamentorum Ariſtotelis.
		enunciationes in libris περι ερμηνειασ. i. de interpretatione
Dialectica in treis parteis diſtribuitur.	Inueniēdi artem: quae topice dicitur: et ab Ariſtotele traditur octo libris topicorum	
		Analytice prior, quę de propoſitionum iunctura et ſyllogiſmoruz formatione cōſiderat. et a philoſopho traditur duobus priorum analyticorum libris
	Judicandi peritiaz, cuiꝰ tres ſunt partes	Analytice poſterior, quę ē de diſcernēdis neccārijs argumentis, et traditur duobus libris poſteriorum analyticorum
		Sophiſtice, quę falſa et cauillatoria diſcernit argumenta: ⁊ traditur ī libro de ſophiſticiſ elēchis.

¶ Adnotationes in xiiij. tabulam.

Dialectica eſt diſciplina ad diſcernendas rerum cauſas inuenta. Definitur et hunc in modum. Dialectica eſt ars diſcernendi veruz a falſo. Chirius Conſultus fortunatianus. Dialectica inquit eſt bene diſputandi ſcia. Ciceroni in topicis et Boethio dr diligēs diſſerēdi rō.

¶ De rhetorices diuiſione partitioneq;
Tabula decimaquinta

Rhetoricã Georgius Valla diuidit in treis ſpecies	Demonſtratiuam, quę tendit in alicuius certę perſonę laudem vel vituperationez cuz ãplificatione: .cꝰ ptes ſunt duę.	Laus Vituperatio
	Deliberatiuam, quę circa conſultationẽ vel ſans habz ſententię dictionez, cuius partes ſunt duę	Suaſio Diſſuaſio
	Judicialẽ materiam, quę cõtrouerſiam tractãs, habet accuſationem: et defenſionem, cuiꝰ ptes ſũt duę	Accuſatio Defenſio
Partitur vero eã in quinqȝ parteis	Inuentionem Diſpoſitionem. Elocutionem. Memoriam Pronunciationem	

¶ In decimam quintam tabulam adnotationes

Rhetorice eſt bene dicendi ſcientia. Bene loqui, et bene dicere differunt. Bene loqui dicitur, qui loquitur ſecundum regulas grãmaticę hoc eſt: qui neq: barbariſmum neqȝ ſolœciſmum facit. Bene dicit q̃ dicit ſecundum pręcepta rhethoricę, hoc eſt, qui bene laudat, et vituperat, bene ſuadet, et diſſuadet, bene accuſat, et defendit. Definitur ⁊ hunc in modum. Rhetorice eſt inueniendi recte, et diſponendi, ⁊ eloquendi, cũ firma memoria, et dignitate actionis ſcientia. ¶ Genera cauſarum, quas orator tractat, ſunt tria: demonſtratiuum: deliberatiuum: et iudiciale, quemadmodum ſunt tria genera auditorũ. vnũ quod delectationem requirit. Alterum, quod cõſilium capit. Tertium, quod iudicium exercet. Ad primum pertinet genus demonſtratiuum. Ad ſecundum deliberatiuum. Ad tertium iudiciale. Genus demõſtratiuũ eſt, quod attribuitur in alicuius certę perſonę laudẽ vel vituperationem cuz amplificatione. Partes eius ſunt duę: laus et vituperatio. Laus eſt oratio amplificatiua rerum bonaꝝ, quas certę perſonę ineſſe dicimus. Vituperatio eſt oratio reꝝ amplificatiua malarum, quas certę perſonę ineſſe dicimus. Genꝰ: deliberatiuũ ẽ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

quod in conſultatione poſitum, habet ſententię dictionem. Partes eius ſunt duę: ſuaſio: et diſſuaſio. Suaſio, eſt oratio, quę quid faciendum ſit, demonſtrat. Diſſuaſio eſt oratio, quę demonſtrat, quid ſit omittendum. Genus iudiciale eſt, quod poſituz in controuerſia, habet accuſationem, et defenſionem. Partes eius duę ſunt: accuſatio et defenſio. Accuſatio eſt oratio iudicialis, qua aut in crimē: aut in debitum rapimus aduerſarium. Defenſio eſt oratio iudicialis, qua aut crimen, aut debitum a nobis depellimus ¶ Quinqꝫ partibus artificioſa eloquentia conſtat: inuentione: diſpoſitione. elocutione: memoria: pronunciatione. Eſt enim opus inuenire quid dicas: inuēta diſponere: deinde ornare verbis: poſt memorię mandare: tum ad extremum agere et pronunciare cum dignitate et venuſtate. Inuentio eſt excogitatio rerum verarum, aut veriſimilium: quę cauſam probabilem reddant. Diſpoſitio eſt ordo et diſtributio rerum: quę demōſtrat quid quibus locis ſit collocandum. Elocutio eſt idoneorum verborū et ſententiarum ad inuentionem accommodatio. Memoria eſt firma animi: rerum: ac verborum: et diſpoſitionis perceptio. Pronunciatio eſt vocis; vultus: geſtus moderatio cum venuſtate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Interpretatio quoꝛundam grecoꝛum vocabuloꝛuz: quę in hac lucubratiuncula continentur

ο σοφοσ:οῦ:ſapiens
Η σοφια.ασ.ſapientia. Phocylides
ἀγρουσ και πολιασ σοφια, και ΝΗα κυβερνᾶ
Agros et vꝛbes ſapiētia et nauez gubernat
ο. φιλοσ .ου.amicus. et adiectiuum et ſubſtantiuum eſt
Η. φιλοσοφια.ασ.amoꝛ ſapientię
ο. και.Η.φιλοσοφοσ.ου.philoſophus.amatoꝛ ſapientię
το. τετραστιχον. ου.carmen quatuoꝛ verſuum
τετρακισ.quater
ο. στιχοσ.ου.verſus oꝛdo.
Η.φυσισ.ιοσ.natura
ο.φυσικοσ.ου.naturalis.phyſicus
Η.φυσικΗ.Ησ naturalis.phyſica
το.φυσικον.ου.naturale.phyſicum
ο. μεταφυσικοσ.ου.tranſnaturalis.metaphyſicus
το.μαθΗμα.ατοσ.diſciplina
Η. μαθΗσισ. ιοσ.idem
ο. μαθΗματικοσ.ου.diſciplinaris. mathematicus
ο,αριθμοσ.οῦ. numerus
ο. αριθμΗτικοσ.numeralis. arithmeticus
Η. μοῦσα.Ησ.cantus,muſa
ο. μουσικοσ.οῦ. canoꝛus. muſicus
Η. γεωμετρια. ασ. terrę menſura. geometria
ο . γεωμετρΗσ.ου. terrę menſuratoꝛ.geometra
Η. γεα.ασ. terra. Η. γῆ.γῆσ. idem .Η. γαῖα.ασ. idem
το. μετρον.ου. menſura
Η. αστρονομια.ασ.ſiderum lex.aſtronomia
ο. αστρονομοσ.ου.aſtronomus
Η.αστρολογια.ασ ſiderum ratio. aſtrologia
ο.ἀστρολογοσ.ου.aſtrologus
το.ἄστρον.ου. ſidus.aſtrum
ο.νομοσ. ου.lex.
ο. λογοσ.ου.ſermo.oꝛatio.ratio.verbum.ſtudium
ο. λογικοσ.ου.rationalis.
ο. Ηθικοσ.οῦ.moꝛalis.ethicus (ſedes
το, Ηθοσ,εοσ,mos.ſpēs,foꝛma.pulchꝛitudo.domiciliū. vultus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

ο. μοναστικος. ου. ſolitarius
ο. οικονομικος. ου. gubernandę familię peritus
ο. οικονομος. ου. diſpenſator rei familiaris. œconomus
ἡ. οικονομια. ας. diſpenſatio domeſtica
ο. οικος. ου. familia. domus
ο. πολιτικος, ου ciuilis
η. πωλις. ιος' ciuitas.
η. πολιτεια. ας. reſpublica
η. γραμματικη, ης. literatura. grammatica
ο. γραμματιρος. ου. literatus: grammaticus
το. γραμμα. ατος. litera: proceſſus in iudicio: cautio
η. γραμματικη. ης. literatio
ο. γραμματιστης. ου. literator. grammatiſta
ο. διαλεκτικος. ου. diſputatorius. dialecticus
η. διαλεκτικη. ης. diſputatoria. dialectica
η. διαλεξις. ιος. diſputatio
η. ρητορικη, ης. oratoria. rhetorice
η. ρητωρ. ορος. orator, cauſidicus.
ο. θεωρητικος. ου. contemplatiuus. ſpeculatiuus: theoreticus
το. θεωρημα. ατος. ſpeculatio: theorema
η. θεορια. ας. ſpeculatio
ο. πρακτικος. ου. efficax. actiuus. actualis. factibilis. practic.
η. πραξις. ιος. actio. actus. officium. exactio.
ο. ποιητικος. ου. efficax: effectiuus. poeticus
η. ποιητης. ου. factor. creator, poeta
η. ποιητρια. ας. poetria
το. ποιημα. τος. opus. poema
η. ποιησις. ιος. eductio. adoptio. poeſis
η. υποθεσις. ιος. cauſa. materia. ſubiectum. propoſitum. the-
ma. argumentum
ν. σφαιρα. ας. pila. ſphera
η. σφαιρικη. ης. ſphęrica ſcientia quę circa ſphęram verſatur
η. θεολογια. ας. diuinum ſtudium. theologia.
ο. θεολογος. ου. dei ſtudioſus. theologus
ο. θεολογιστης. ου. theologiſta: cuius hęc eſt diffinitio. Theo
logiſta eſt, qui in diuinis ſcientia contentionis nititur, vitijs et crimi
nibus inquinatus
ο. και. η. θεος. ου. deus. dea
η. αρμονια, ας, compoſitio. pactum, concordia. conuenientia.
harmonia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

ο.ἁρμονιακοσ.οῦ.harmoniacus.
η.ζηλοτυπία.ασ.emulatio. zelotypia
ο.ζηλοτυποσ.ου.ęmulus: zelotypus
ο.ζῆλοσ.ου.amor.beatitudo.ęmulatio.iuſta ira.fœlicitas.zelus
ο.μηχανυκόσ.οῦ.machinator.vilis artifex. mechanicus
η.μηχανικη..ῆσ.ars machinaria id eſt machinarum fabricandarum.ars manuaria. mechanica
η.μηχανη.ῆσ.conatus.machinatio.cogitatio. machina
Architectura,ędificandi ſcientia. Architectus,principalis faber
ο.αρχοσ.οῦ. princeps
ο.τεκτων.ονοσ.faber lignarius
η.γυμνάστικη.ῆσ.gymnaſtica id eſt ars exercitatiua prebens viuendi modum
η.γυμνασ.αδόσ.lucta.ars paleſtrę gymnas
ο.γυμναστησ.οὺ.pręceptor exercitiorum pueros exercens
το.γυμνασιον.ου.locus exercitij. gymnaſium.
η·χειρουργια.ασ:chirurgia.ars medendi,dicta ꝙ manibus exerceatur:a χειρ.et ἔργον.quaſi χειροεργια.et facta ſynęreſi ο·et ε.in ου.mutantur
ο.χέιροῦργοσ.ου.medicꝰ manuarius.chirurgus χειρ.ροσ manus.
το.ἔργον.ου.opus. officium
ῆ.θεατρικη.ῆσ.ars ſpectaculorum.theatrica
το.θεατρον.ου.ſpectaculum theatrnm.
η.χαλκογραφικη.ῆσ.ars ęneis typis ſcribendarum
ο.χαλκοσ.οῦ.ęs.γραφω.ſcribo.pingo. accuſo
ο.χαλκογραφοσ.ου.librorum impreſſor chalcographus
ἐγκυκλιοσ.ου.in orbem factus:orbicularis.Encyclię diſciplinę dicuntur,quaſi orbiculares:quoniam connexae et coagmentatae ſunt,vti corpus vnum
η εγκυκλοπαιδεία.ασ orbis diſciplinaruz ſcientia quaſi in vnum corpus cempactę
η.παιδεια.ασ.diſciplina
η.φυσιολογιά.ασ .naturae ſermo:ratio ſeu ſtudium naturae phyſiologia
ο.φυσιολογογοσ.ου.qui de natura diſſerit,phyſiologus.
ο.μεθοδικοσ.,ου. artificialis. doctrinalis. diſciplinaris methodicus
η. μεθοδοσ.ου.breuis via.diſciplina
ο. οριστικοσ.οῦ.definitiuus. indicatiuus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

ο.ιστορικὸσ.οῦ.narratiuus. enarratiuus. hiſtoricus
η.ιστορια.ασ.narratio. hiſtoria
ο.ἐξηγητικοσ.οῦ.expoſitiuus
η.ορθογραφια.ασ.recta ſcriptura, orthographia
ο.ορθοσ.οῦ.rectus
η.προσωδια.ασ.accentus
η.ἐτυμολογια.ασ· veriloquium. originis ſtudiū etymologia.
ο.ἔτῦμοσ.ου.verus
η.συνταξισ.ιοσ.conſtructio.coordinatio.compoſitio.
η.συλλαβη.ῆσ: comprehenſio. ſyllaba. a συν et λαμβανω
η.ἑρμηνεια,ασ. interpretatio
ο.τοπικοσ.ου.localis.
ο.τοποσ.οῦ.locus
ο.αναλυτικοσ.οῦ.reſolutiuus
η.αναλυσισ.ιοσ. reſolutio
ο.σοφιστικοσ.οῦ.deceptorius cauillatorius
ο.σοφιστησ.οῦ.deceptor, cauillator. ſapientię. venditator ſophiſta

τελοσ

De ſeptem ſapientibus Carmen

Verba Sophon ſeptem patriamq; et nomina dico
Ipſum te cognoſce. Thales mileſius inquit
Felix nemo Solon hoc eſt Salaminius euo
Spartanus Chilon. hominum mens noſcitur auro
Noſcendum tempus vult Pittacus ex Mytilene
Eſſe Bia plures prauos ais orte Priene
Lindius vt Cleobulus ait modus optimus extat
Pollicitum ſeruare doces Periandre Corinthi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Ex ſecundo libro Elegiarum moralium Joãnis Murmellij Elegia ſexta

¶ De tribus Rationalis philoſophię partibus

Salue grammatice ſophię fidiſſima cuſtos
Et doctrinarum nobile principium
Te ſine nil altum mens inchoat. et ſine ductu
Nemo tuo ſapiens. nemo diſertus erit
Fundamenta iacis. ſacras quibus extruit artes
Qui cupit in diuę Pallados ire ſinum
Utilis es pueris. ſenibus iucunda. recludis
Caſtalios fontes. Pieriumq; nemus
¶ Conſequitur vultū te formidanda ſeuero
Gymnaſijs graium nobilitata ſoror
Secernens veris vigili mendacia cura
Quam merito Logicen Attica lingua vocat
Hac ſine qui graditur. multo ſudore laborat
Nequicq̃. ſophiam nec penetrare poteſt
Sed ruit in tenebras. miſerabilibuſq; fatigat
Erratis animum. longius itq; retro
Hęc via comunis methodos pertingit ad omnis
Doctrinas reliquas qua ſine nullus adit
Proloquitur. finit. partitur. falſa refellit
Vera probat. laqueos ſoluit. ad alta rapit
Cur Epicure ſacram ſpreuiſti futilis artem
An quia veſano corde profanus eras
Hinc (vt ait Cicero) non conuenientia dicis
Nec ſolido poteras firmiter ire gradu
Stoica te coluit radians dialectica turba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Te per cyonem ſtauit ſummus Ariſtoteles
Te duce Chryſippus validos cumulauit aceruos
Carneadeſq; parem vim tulit helleboro
¶ Splendida rhetorice quo te modulamine dicam
Sermonis cultrix eloquiiq; parens
Uberior tua vis. maieſtas amplior extat
Maiori lucet nobilitate decus
Quantum nos mutas animantes exuperamus
Tam reliquos homines te duce preſtat homo
Te ſuadente vagas coiiſſe in menia turbas
Credimus. et mores inſtituiſſe nouos
Quum libet. inflammas populos in prelia Martis
Sedas et dirimis prelia. quando libet
Captiuos redimis. pulſos ex vrbe reducis
Effera iure tuo Cęſaris ira cadit
Te ſine ciuilis nunq̄ prudentia floret
Maieſtas ſophię te ſine muta iacet
Indyta nec ſolum clare tibi nomina fame
Cecropii debent fulmina magna fori
Aut qui romani tenuerunt iudicis aures
Eloquii proceres conſpicuiq; toga
Sed te diuini celebrauit muſa Platonis
Te quoq; Nicomachi filius excoluit
Quę nunc ingenti raucum ſtridore reclamat
Et linguę cultus impia ferre nequit
Barbara fex olim ſeſe ſub tartara condat
Furuaq; bacchantis ditis in antra ruat
¶ Finis

¶ Marſilij Ficini Florentini in philopō=pos phylargyros ⁊ philoſophię adulteros Epiſtola.

Marſiliꝰ Fici. Flo. Joāni Petro Patauino S. D.

SUnt multi noſtris ſeculis non philoſophi. ſed philopompi qui ſenſuꝫ Ariſtotelicuꝫ ſe tenere ſuperbe nimiū profitētur cum tamē Ariſtoteleꝫ ipſuꝫ raro admoduꝫ atqꝫ parumꝑ loquentē. ⁊ tunc quideꝫ nō grece ꝓpria exprimētem: immo barbare aliena bal=butientē audiuerint. ideoqꝫ minime intellexerint. Hi cuꝫ in foro in=ter pueros garriunt. ſcire nō nihil vulgo videntur Si domi eos pru=denter interroges. pauca in phyſicis. pauciora in mathematicis pau=ciſſima in metaphyſicis ſcire deprehendes. Huiuſmodi homīes e=tiam in ſeptuageſimo ętatis āno pueri ſunt. expertes non eloquētię ſo=lum. ſed grāmatice neqꝫ res naturales aut diuinas. immo barbaras quaſdā dictiōes anxie nimis excogitāt. quas inuiceꝫ inepte ꝑmiſce=ant et cōfundant. Unde ſophiſte leniculi digna pueroruꝫ circulis in mediuꝫ adducūt potiꝰ quā corona viroꝝ. Ita loquūtur. vt ex eoꝝ ſer=mone philoſophiā contēnas. Ita viuunt. vt ex eoꝝ vita philoſophiā vituperes. Quāobrem eos Plato noſter merito nō maritos philoſo=phiae. ſed adulteros nūcupauit. ex quibus filij non legittimi. i. opini=ones abſurde inter philoſophos oriantur. Probo igitur te amice. ꝙ pueriles horum ineptias et vana ſtudia non emuleris. qui neqꝫ fron=tes hauriunt. ſed riuulos lambunt. neqꝫ veritatis lucem. ſed opinio=onis vmbram ſtulte ſectantur. Scito te ita demum ad veritatem proxime acceſſurum. ſi errantium veſtigia diligētiſſime deuitaueris Commendo me Bernardo Bembo noſtro Uenetorum oratori cla=riſſimo V A L E

¶ Excuſum Dauentrię in officina literatoria Alberti Pafraedt Anno a virginis partu Milleſi=mo quingenteſimo decimo qnto. Menſe Octobri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 69